



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

De Heinrico Primo Saxonum Duce.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Igitur Heinricus, defuncto patre, Ducatum eius  
ptus, generalem conuentum Ratisponæ omnibus  
xit; Quo collecto milite adueniens, quidquid in  
in ciuitate, siue extra circumquaque ad aures eius  
tum est, prouida dispensatione diiudicauit. Dis  
bellorum inter Principes seu Maiores terræ diu ex  
compescuit; pacem firmissimam omnibus annuncian  
iuramento confirmari præcepit. & sic demum accep  
Burgensibus pecunia terrorem cunctis inueniens ciuitat  
egreditur, & munitiones ac villas prædonum & profect  
rum per totam Prouinciam deuastat. Interea missis  
tis in Saxoniam ad deducendam sponsam suam, Go  
dem scilicet, filiam Lotharij Imperatoris, optimates qu  
que Bauariæ ac Sueuiæ ad nuptias inuitat. Quibus  
in \* plane iuxta Licum fluuium ultra Augustam in  
qui dicitur Concio legum, in octaua Pentecostes  
bratis, eandem in partes istas adduxit, & in castro Ra  
spurg vsque ad autumnum stare constituit. Ipse vero  
Imperatorem reuersus Ducatum Saxoniam, Nurember  
Gredingen, & omnia beneficia, quæ Imperator ab Ep  
pis & Abbatibus habuit, suscepit; ac rebelliosem, ad  
Fridericum Ducem, sororis suæ maritum pollicetur. In  
terea Fridericus Ratisponensis Ecclesiæ Aduocatus, vid  
potestatem Ducis præualere, suum verò quotidianum  
ciuitate minui, quorūdam consilio, quibus pax odiosa  
vnum de ministerialibus Ecclesiæ, qui Duci omni fidelit  
te in ciuitate & extra astabat, & ministrabat, dolo vocat  
ad se, inuitatum vita priuauit.

\*leg. plane.

Quibus compertis Dux Bauariam festinanter ingreditur, ac castrum Aduocati fortissimum Falschenstein obsidione cingit, omnesq; suos ad obsidionem compellit. Dum hæc in Bauaria aguntur, Imperator quoq; Spiram ciuitatem Rheni in iniuriam Friderici Ducis obsedit, missoq; nuncio, Dacem Heinricum, vt sibi quantocius in auxilium veniat, inuitat; qui omni cunctatione postposita, obsidionem & omne negocium forori suæ Marchionissæ de Sira tunc viduæ, quæ eo tempore cum DCCC. loricis aduenerat, committens, ad Imperatorem cum DC. & eo amplius festinat militibus. Quo cum magno labore perueniens castra ultra Rhenum posuit, & vt impetus & irruptiones \* f... præcaueret militem coadunatum prope selocauit. Fridericus tamen, vt pote vir armis strenuus, dum quadam nocte armato milite min<sup>o</sup> cautè in castra irrueret, Heinricus premonitus armis & equitatura paratus, ad fugam illum cõpulsit, & ita fugientem vsq; in Gouningen insequitur, amissisq; aliquot de suis, & omnib; penè equitaturis ignominiosè euasit.

Deinde satisfactione & pactione Spirensium cum Imperatore, Maguntio mediante, composita, Bauariam vsque regressus, castrum iam diu obsessum capit, suosq; ibi ad tutandos fines illos & ad conseruandum sibi castrum locauit. Non multo post Fridericus Dux memor pristinæ iniuriæ Altorf & Rauenspurch armata manu inuasit, & villas circumquaq; nec non & Mämingen incendio deuastat, & de nostris aliquot captiuos abduxit. Quod Heinricus ferre non valens sequenti æstate copiosum exercitum congregat, finesq; Friderici ingressus, à villa Cougindorf, quæ est in ripa Danubij, incipiens, & ultra Stouphen perueniens omnia circumquaq; in transitu & in reditu, incendio & præda deuastat. Ad Vlmã vero diuertere noluit, quia eius territoria & suburbia ac villas non lōge ante dira vastatione destituit.

DE

\* fort. facilius,  
vel: fraudu-  
lentus.

MCCLXV  
SII  
omg amg  
SIV  
24